Fragmentarium

(24)-8

et edificabo ea sicut dies secu
li ita ut exquirant me re
sidui hominum et omnes gentes
in quibus invocatum est nomen
meum super eos dicit dominus fa
ciens hec. Capitulum xxix.

Ysayas propheta non est in
libro xii prophetarum
qui propterea dicuntur minores
quia sermones eorum bre
ves sunt in eorum compa
ratione qui maiores ideo vo
cantur quia prolixa vo
lumina condiderunt. Ex quibus
est hic ysayas quem propterea pro
phetie tempora subiungo supra
dictis duobus. Ysaias ergo
inter illa que arguit iniqua
et iusta precepit et peccatori
populo mala futura pre
dixit etiam de christo et ecclesia
hoc est de rege et ea quam condi
dit civitatem multo plura
quam ceteri prophetavit ita
ut a quibusdam euvange
lista quam propheta potius dice
retur. Sed propter eorum operis
terminandi unum de mul
tis hoc loco ponam. Ex persona
quippe dei patris loquens
ecce inquit intelliget pu
er meus et exaltabitur
et glorificabitur valde
Quemadmodum stupescent
super te multi ita gloria tua
ab hominibus. Ita mirabuntur
gentes multe super eum et
continebunt reges os suum.
Quoniam quibus non est nuntiatum
de illo videbunt et qui non
audierunt intelli[gent. Domine]
quis credidit audi[tui nostro]
et brachium domini cui [revela]
tum est. Annuntiavimus [coram]
illo ut infans ut radix in
terra sitienti. Non est species
illi neque gloria et vidimus
eum et non habebat speciem
neque decorem. Sed species eius
sine honore deficiens pre
omnibus hominibus. Homo in pla
ga positus et sciens ferre in
firmitatem quoniam aversa est fa
cies eius inhonoratus est nec
magni estimatus est. Hic pec
cata nostra portat et pro nobis
dolet Et nos existimavimus
illum esse in dolore et in plaga
et in afflictione. Ipse autem
vulneratus est propter iniquita
tes nostras et infirmatus est
propter peccata nostra. Eruditio pacis
nostre in eo livore eius sana
ti sumus. Omnes ut oves erra
vimus homo a via sua erra
vit et dominus tradidit illum
pro peccatis nostris et ipse propter
quod ipse afflictus est non
aperuit os. Ut ovis ad im
molandum ductus est et ut
agnus ante eum qui se ton
deret sine voce sic non aperuit
os suum. In humilitate iudicium
eius sublatum est. Generati
onem eius quis enarrabit.
Quoniam tolletur de terra vita
eius. Ab iniquitatibus populi
mei ductus est ad mortem
et dabo malignos pro sepul
tura eius et divites pro morte

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.24, 8r – Augustinus, De civitate Dei
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-xfjo/5308/50444)